



**CATHEDRAE S. PETRI APOSTOLI
AD II VESPERAS**

CATHEDRAE S. PETRI APOSTOLI
AD II VESPERAS

Sup. Psalmos Ant. VIIa



Domum tu-am, Dómi-ne, decet sancti-túdo in longitudínem diérum.



Ps. Cre-dídi. E u o u a e.

Ps. 115

Crédidi, propter quod locútus sum: * ego autem humiliátus sum nimis.

Ego dixi in excéssu meo: * omnis homo mendax.

Quid retríbuiam Dómino, * pro ómnibus, quæ retríbuit mihi?

Cálicem salutáris accípiam: * et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam coram omni pópulo eius: * pretiósá in conspéctu Dómini mors sanctórum eius:

O Dómine, quia ego servus tuus: * ego servus tuus, et filius ancíllæ tuæ

Dirupísti víncula mea: * tibi sacrificábo hóstiam laudis, et in nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam in

conspéctu omnis pópuli eius: * in átriis domus Dómini, in médio tui Ierúsalem

Ps. 121

Lætátus sum in his quæ dicta sunt mihi: * In domum Dómini íbimus.

Stantes erant pedes nostri * in átriis tuis, Ierúsalem.

Ierúsalem, quæ ædificátur ut cívitas: * cuius participátio eius in idípsum.

Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Dómini: * testimónium Israel ad confiténdum nómini Dómini.

Quia illic sedérunt sedes in iudicio, * sedes super domum David.

Rogáte quæ ad pacem sunt Ierúsalem: * et abundántia dili-

géntibus te.

Fiat pax in virtúte tua: * et abundántia in túrribus tuis.

Propter fratres meos et próximos meos * loquébar pacem de te:

Propter domum Dómini Dei nostri * quæsívi bona tibi.

Glória Patri.

Ps. 126

Nisi Dóminus ædificáverit domum, * in vanum laboravérunt qui ædíficant eam.

Nisi Dóminus custodiérit civitátem, * frustra vígilat qui custodit eam.

Vanum est vobis ante lucem súrgere: * súrgite postquam sedéritis, qui manducátis panem dolóris.

Cum déderit diléctis suis somnum: * ecce heréditas Dómini filii: merces, fructus ventris.

Sicut sagítte in manu poténtis: * ita filii excussórum.

Beátus vir qui implévit desiderium suum ex ipsis: * non confundétur cum loquétur inimícis suis in porta.

Glória Patri.

Ps. 146

Laudáte Dóminum, quóniam bonus est psalmus: * Deo nostro sit iucúnda decoráque laudátio.

Ædíficans Ierúsalem Dóminus: * dispersiónes Israélis congregábit.

Qui sanat contrítos corde: * et álligat contritiónes eórum.

Qui númerat multitudínem stellárum: * et ómnibus eis nómina vocat.

Magnus Dóminus noster et magna virtus eius: * et sapiéntiæ eius non est númerus.

Suscípiens mansuétos Dóminus: * humilians autem peccatóres usque ad terram.

Præcínite Dómino in confesióne: * psállite Deo nostro in cíthara.

Qui óperit cælum núbibus: * et parat terræ plúviam.

Qui producít in móntibus fenum: * et herbam servitúti hóminum.

Qui dat iumentis escam ipsórum: * et pullis corvórum invocántibus eum.

Non in fortitúdine equi voluntátem habébit: * nec in tíbiis viri beneplácitum erit ei.

Beneplácitum est Dómino super tíméntes eum: * et in eis qui sperant super misericórdia eius.

Glória.

Ps. 147

Laudá Ierúsalem Dóminum: * lauda Deum tuum Sion.

Quóniam confortávit seras
portárum tuárum: * benedíxit
filiis tuis in te.

Qui pósuit fines tuos pacem: *
et ádipe fruménti sátiat te.

Qui emíttit elóquium suum ter-
ræ: * velóci-ter currit sermo eius.

Qui dat nivem sicut lanam: *
nébulam sicut cínerem spargit.

Mittit crýstállum suam sicut


buccéllas: * ante fáciem frígoris
eius quis sustinébit.

Emíttet verbum suum, et
liquefáci-ent ea: * flabit spíritus
eius et fluent aquæ.

Qui annúnciat verbum suum
Iacob: * iustítias et iudícia sua Israel.

Non fecit táliter omni náti-
oni: * et iudícia sua non manifestávit eis.

Glória Patri.



Domum tu-am, Dómi-ne, decet sancti-túdo in longitúdinem diérum.

Capitulum

Apoc. 21

Czytanie

Ap 21, 1-2

Vidi civitátem sanctam,
Ierúsalem novam, descen-
déntem de cælo a Deo, parátam
sicut sponsam ornátam viro suo.

Iujrzałem Miasto Święte -
Jeruzalem Nowe zstępujące z
nieba od Boga, przystrojone jak
oblubienica zdobna w klejnoty
dla swego męża.

Hymnus II



Urbs Ierúsa- lem be-a-ta, Dicta pacis ví-si-o, Quæ constrú-itur in cælis




Vivis ex la-pídibus, Et Ange-lis coronáta, Ut sponsá-ta cómi-te.




Nova ve-ni- éns e cælo, Nupti- á-li thá-lamo Præpará-ta, ut sponsá- ta




Copulé-tur Dómino: Plat-é-æ et mu-ri eius Ex auro pu- ríssimo:



Portæ nitent marga-rí-tis, Ady-tis pa-ténti-bus: Et virtú-te meritó- rum




Illuc introdúci- tur Omnis qui ob Christi nomen Hic in mundo prémitur.



Tunsi- ó-ni- bus, pressú-ris Expo-lí-ti lápides Su-is co-aptántur lo- cis



Per manus Artí-fi-cis: Disponúntur permansú-ri Sacris ædi- fi-ci- is.



Glóri- a et honor De-o Usquequáque altíssimo, Una Patri, Fi-li-ó-que,



Inclito Pa-ráclito, Cu- i laus est et potéstas Per ætérna sæcula. Amen.

℣: Domum tuam, Dómine, decet sanctitúdo.

℟: In longitúdinem diérum.

Ad Magn. Ant. VIIIa




Zachæ- e festí- nans descénde: qui- a hó-di- e in domo tu- a



opórtet me mané- re. At ille festí-nans descéndit, et suscé-pit il-



lum gaudens in domum su-am. Hódi- e hu-ic dómu- i sa- lus a



De- o facta est. C. Magní- ficat. E u o u a e.

Magníficat * ánima mea Dó-
minum.

Et exultávit spíritus meus * in
Deo salutári meo.

Quia respéxit humilitátem
ancillæ suæ: * ecce enim ex hoc
beátam me dicent omnes genera-
tiones.

Quia fecit mihi magna qui po-
tens est: * et sanctum nomen eius.

Et misericórdia eius a progé-
nie in progénies * timéntibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio

suo: * dispérsit superbos mente
cordis sui.

Depósuit poténtes de sede, *
et exaltávit húmiles.

Esuriéntes implévit bonis: * et
dívites dimísit inánes.

Suscépit Israel, púerum suum, *
recordátus misericórdiæ suæ.

Sicut locútus est ad patres
nostros, * Abraham, et sémini
eius in sæcula.

Glória Patri.

Oratio

Praesta, quaesumus, omnípotens Deus, ut nullis nos permittas perturbatióibus cóncuti, quos in apostólica confessi

petra solidásti. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia saecula saeculórum. Amen.



Benedicámus Dó- mi-no. De-o grá- ti- as.